

Item alium cum supplicatione pro monachis.

Obiit A. cantor nostre congregationis monachus, pro quo cunctos fideles sub sancta professione viventes humiliter petimus apud dominum intervenire.

Aus den vorstehenden Mittheilungen geht zur Genüge hervor, wie nothwendig eine Neuausgabe der Consuetudines Farfenses ist. Die Vorarbeiten dazu sind ziemlich geschehen und hoffen wir in absehbarer Zeit dieselbe folgen lassen zu können.

Die Gebetsverbrüderungen des Benedictinerstiftes Kladrau.

Von W. Mayer, k. k. Bezirksrichter in Oberplan (Böhmen).

(Schluss zu Heft IV. 1897, S. 563—570.)

V. Drei Jahrzehnte später gingen die Kladrauer Benedictiner abermals eine Gebetsverbrüderung mit einem inländischem Ordenshause ein, jedoch nicht von der Regel des hl. Benedict, sondern jener des hl. Augustin, nämlich mit dem heute noch in voller Blüte stehenden ritterlichen Orden der Kreuzherren mit dem rothen Sterne zu Prag.¹⁾ Die von diesem Hause am 7. April 1380 ausgefertigte Pergamenturkunde wird von dem Institute für österreichische Geschichtsforschung verwahrt, doch fehlen die einst daran befestigten zwei Siegel. Im Nachstehenden folgt der Wortlaut derselben:

Nos frater Henslinus, supremus magister cruciferorum cum stella dispositione diuina, Joannes prior, Sdenco clauiger totusque conuentus domus hospitalis sancti Francisci de regula beati Augustini in pede pontis Pragensis, dilectis nobis in Christo fratribus Raczconi, Dei et apostolice sedis gratia abbati, Drslao priori, Martino superiori, Raczconi cantori, pro tunc custodi, totique conuentui monasterii Cladrubensis, ordinis sct. Benedicti salutem in Domino et orationum humilium suffragium salutare. Exigente pie deuotionis affectu, quem ad nos et totum nostrum ordinem relatione plurimorum percepimus vos habere, ideoque vobis caritativè concedimus in vita et in morte plenam participationem missarum, orationum, eleemosinarum, abstinentiarum, vigiliarum, disciplinarum omniumque aliorum bonorum spiritualium, que per nos et alios fratres nostros in Bohemia, Moravia, Polonia, Cuyavia, (?) Banaria constitutos operari dignabitur misericordia redemptoris. Insuper cum obitus alicuius vestrum nuntiatus nostro fuerit capitulo, pro eodem per nos orabitur cum compulsatione debita et diuina exercitia cuilibet ordinarie observanda injungentur, prout consuetum est, fieri pro nostris caris amicis et fratribus per nostrum ordinem vniuersum petentes humiliter praemissa per vos ob spem eterne retributionis verisimiliter observari. In cuius rei testimonium praesentes litteras scribi et sigillorum nostrorum appensione iussimus communiri. Datum et actum Prage sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo, die sabbati post ostensionem reliquiarum proximo.

¹⁾ Dafür, dass zwischen diesen beiden Klöstern schon früher innigere Beziehungen bestanden, spricht der Umstand, dass am 13. März 1378 der Abt von Kladrau, dann jener des Schottenstiftes zu Wien und der Dechant des Breslauer Domecapitels von Gregor XI. zu Conservatoren des genannten Ordenshauses der Kreuzherren bestellt worden waren. (R. Av. Gr. XI. a. VIII. p. unica, t. XXXII, fol. 122.)

Eine in den Codex Arch. Mon. Cladrub.¹⁾ der Prager Universitätsbibliothek eingetragene Abschrift dieser Urkunde weist einige Abweichungen vom Originale auf. Insbesondere lautet dortselbst der Name des Grossmeisters Hanselmus, welcher Fehler auch in andere Werke überging. Ein Grossmeister dieses Namens kommt aber in den Annalen des genannten Ordens nicht vor. Auch Henslinus fehlt in den noch erhaltenen „Series generalium et magnorum magistrorum“,²⁾ wird aber in Confirmationsbüchern³⁾ nach dem 19. October 1377 und bis zum 6. August 1380 urkundlich erwähnt, so dass die Existenz dieses Oberhauptes mit einer allerdings nur zweijährigen Wirksamkeit ausser Zweifel steht. An der Spitze des anderen Compaciscenten stand damals Abt Racek, der dritte dieses Namens, aus dem Geschlechte der Edlen von Prostibor, unter dessen ausgezeichneten Verwaltung das Kladrauer Ordenshaus zur höchsten Blüte gelangte. Leider folgte nach seinem Ableben eine Periode grosser Drangsalierung, durch welche dasselbe auf das Schwerste geschädigt wurde. Vorerst war es König Wenzel IV., der nach Vereitlung seines Vorhabens, in Kladrau einen Bischofsitz zu errichten, dem Kloster einen Commendatar-Abt vorsetzte, dessen Verwaltung für dasselbe höchst nachtheilig war, und weiterhin gingen die Stürme der Hussitenkriege über das Ordenshaus hinweg.

VI. Hiernach kann es nicht Wunder nehmen, dass die nächstfolgende geistige Verbrüderung der Benedictiner-Abtei Kladrau erst ein Jahrhundert später datiert. Abermals war es ein deutsches Ordenshaus, die im grauen Alterthum über dem Grabe des hl. Emmeram gegründete Benedictiner-Abtei zu Regensburg, welche damals die Conföderation mit Kladrau abschloss. Von den hierüber ausgestellten Urkunden haben sich nur Abschriften erhalten; dieselben sind in einem aus dem 18. Jahrhunderte stammenden Papiercodex eingetragen, welcher im kgl. bayrischen allgemeinen Reichsarchiv verwahrt wird.⁴⁾ Eine Abschrift der von dem Regensburger Ordenshause ausgestellten Urkunde ist auch in dem oberwähnten Codex der Universitätsbibliothek zu Prag⁵⁾ enthalten. Auffällig erscheint hier der Umstand, dass die Ausstellungszeit der beiden Urkunden nahezu um ein Jahr von einander abweicht. Die ältere, welche das Datum 27. März 1485 trägt, lautet folgendermassen:

¹⁾ Tom. I. pag. 183, Nr. 88. (Sign. II. A. 10.)

²⁾ Vgl. Dr. Franz Jacksche, Der ritterliche Orden der Kreuzherren mit dem rothen Sterne. Würzburg, Leo Woerl, 1882. S. 7. Anm.

³⁾ Emler, lib. III. u. IV. Pragae 1879. S. 79, 100 u. 131.

⁴⁾ Nr. 41. $\frac{1}{2}$ der Literalien des Stiftes St. Emmeram, Bl. 63 u. 107.

⁵⁾ Sign. II. A. 10. — Arch. Mon. Cladrub. Tom. I. Nr. 138. fol. 274.

Reverendo, honorabilibus et religiosis in Christo patribus et fratribus, Domino Joanni abbati, Udalrico priori, totique conventui monasterii Cladrubiensis beatae Dei genitricis Mariae semper virginis, ordinis St. Benedicti, Pragensis diocesis, nos fratres Joannes, Dei et apostolicae sedis gratia abbas, Laurentius prior, totusque conventus monasterii Sti. Emmerami Ratisbonae, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis eiusdem, cum sincero charitatis affectu, salutem in Domino. Perenniter adipisci, quid mediante caritate, quae vinculum perfectionis ab apostolo praedicatur, membra singula in corpore sanctae ecclesiae sibi invicem conjunguntur et Christo suo capiti ad percipiendum per ipsum et in ipso gratiarum spiritualium influentiam tanto liberius atque libentius sinum caritatis in ampliando fraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus hujusmodi ferventius anhelamus, unde matura deliberatione praehabita plenae confraternitatis honorum, scilicet omnium consortium et communionem in missis, orationibus, elemosinis et vigiliis, abstinentiis et aliis virtutum exercitiis, quae divina clementia per praesentes nos et successores nostros in dicto nostro monasterio Sti. Emmerami dignebitur operari, vobis et successoribus vestris tenore praesentium libere concedimus, adjicientes nihilominus, quod quando obitus fratris unius vel plurium praedicti monasterii vestri professi vel professorum nobis intimatus fuerit, vigiliis ad missam defunctorum juxta consuetudinem monasterii nostri in remedium animarum earundem persolvemus. In quorum omnium testimonium et robur hanc paginam sigillis nostris munitam vobis et successoribus vestris tradere decrevimus. Datum nostro in monasterio Sti. Emmerami, ipso die St. Rudperti episcopi et confessoris, anno Dni. mill. quadringentesimo octuagesimo quinto.

Hieran sei die am 4. März 1486 ausgestellte Gegenurkunde angereiht, welche lautet:

Reverendo in Christo patri atque Domino Dno. Joanni Dei et apostolicae sedis gratia abbati, Laurentio Priori, totique conventui Monasterii S. Emmerami in Ratisbona ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis sancti Benedicti. Nos Joannes, eadem Dei et apostolice sedis gratia abbas, Udalricus Prior, totusque Conventus Monasterii Sanctae Mariae in Cladrona ordinis eiusdem Pragensis Diocesis, Orationem utinam in Jesu Salvatore dignarum sedulitatem cum hominis utriusque Sospitate De benigno consensu ad vota nostra piam admistis voluntatem, nosque in Consortium confraternitatis vestrae suscipere non recusastis valde congratulati atque grati persistimus, cum nihil optatius possit contingere, quam ex cantibus officio cantatis merita sortiri, vicemque condignam in eo vestris beneficiis reimpendere, prout iustum est, desiderantes Reuerendam paternitatem vestram una cum toto vestro conventu ad confraternitatis nostrae consortium pie praesentibus suscipimus omniumque bonorum spiritualium videlicet missarum, Orationum, Suffragiorum, Officiorum Divinorum, Elemosinarum ieiuniorum, abstinentiarum et aliorum virtutum exercitiorum, quae Divina Clementia per praesentes nos et posteros nostros in dicto nostro monasterio dignabitur operari, vos et Successores vestros participes in misericordia Dei sperantes efficimus, adiacentes insuper, Dum Divinae placuerit voluntati de exilio instantis miseriae quempiam vestrum aut Successorum vestrorum vocare, huiusce quoque obitus nostro fuerit monasterio intimatus, vigiliis et missam defunctorum juxta consuetudinem Monasterii nostri in remedium animarum eorundem persolvemus. In quorum omnium testimonium atque robur hanc paginam Sigillis conventus nostri munitam vobis et Successoribus vestris contulimus. Datum Sabato die ante Dominicam, qua in Ecclesia Dei modulatur Laetare in Jesu etc. anno Domini 1486.

Der damalige Abt von St. Emmeram war Johann Tegernbeck (1471—1493) unter dessen ausgezeichneter Leitung dieses zu jener Zeit schon exemte Benedictinerstift besonders durch die Pflege der Wissenschaften hervorragte, so dass es geradezu als

Sitz der Weisheit bezeichnet wurde.¹⁾ Dem Kladrauer Kloster stand zu jener Zeit Abt Johann III. (ca. 1482—1507) vor, der noch eine zweite Conföderation abgeschlossen hat.

VII. Im Jahre 1503 kam nämlich eine solche geistige Verbindung mit dem zweitältesten der böhmischen Benedictinerklöster, dem im Jahre 999 von Boleslav II. am Einflusse der Sazawa in die Moldau gegründeten Inselkloster, zu Stande. Durch die Husitenhorden war dasselbe 1424 zerstört worden, worauf sich die Brüder, soweit sie mit dem Leben davongekommen waren, nach allen Richtungen zerstreuten; der damalige Abt Franz hielt sich durch längere Zeit im Kloster Kladrau auf. Die Ostrover Benedictiner sammelten sich später bei der zu ihrem Ordenshause gehörigen Einsiedelei zum hl. Johann unter dem Felsen bei Beraun, bis im Jahre 1517 auch die Aebte ihren Sitz in die Waldeinsamkeit verlegten. Stephanus, der vorletzte in der Reihe der in Ostrov residierenden Aebte, welcher vom 23. Mai 1499 bis 15. März 1509 dem kleinen, finanziell sehr ungünstig gestellten Ordenshause vorstand, stellte am 7. September 1503 die Pergamenturkunde über die mit den Kladrauern eingegangene Gebetsverbrüderung aus, welche in dem Institute für österreichische Geschichtsforschung verwahrt wird; an derselben sind von zwei anhängend gewesenen Siegeln Theile der Schnürchen vorhanden, mit denen sie daran angehängt waren. Nachstehend der Wortlaut dieser Urkunde:

In nomine Sancte et individue Trinitatis feliciter Amen. Rei geste [sc: scientia] ne processu temporis euanescat et pereat, poni solet in litteris scriptorum numine (sic! recte: munimine) roborari. Noscat igitur tam presens etas quam in Christo successura posteritas et maxime per literam speculum certitudinis, Quod nos Stephanus, miseratione Diuina Abbas totusque conuentus fratrum Monasterii Scti. Joannis Baptiste in Insula, Ordinis Scti. Benedicti vniuersis presentes literas inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus, cum fraterna connexiua karitate. Cum omnis res ad perfectam vnionem desiderat, et tamquam bonum sibi appetit, sicuti non solum a Theologie doctoribus, verum etiam a gentilibus narratur, quorum summus physicus Aristoteles sic dicit: »Omnis virtus vnita magis facit in se quam dispensa« — Sic eadem vnio inter religiosos diuina contemplantis, vt teneatur, verius obseruetur et studiosissime approbetur. Et cum scriptum sit, frater fratrem iuuant est quasi ciuitas inexpugnabilis et munita, Nos igitur notum facimus vniuersis, tam presentibus quam futuris, Quod religiosorum virorum sancte consuetudini inherentes, de totius nostri capituli consensu et gratuita voluntate inter nos et honorabiles Dominum Joannem Abbatem et conuentum monasterii sancte et intemerate virginis Mariae gloriose in Cladrona mutuo colloquio interueniente confraternitatem fecimus et facimus ipsam firmantes et gratam habentes misericorditer in his scriptis taliter, vt in communem veniat utilitatem, quicquid Deo exhibitum fuerit, Ipsos praedictos Dominum Abbatem et Conuentum et eorum successores ad nostram recipientes confraternitatem vt ipsi singuli et vniuersi et nunc et semper omnium bonorum operum, quocumque nomine censeantur, sint in Christo participes atque fiant. Omnesque praehabiti monasterii causa solacii et mansionis ad nos venientes omni karitatis et humanitatis officio benivole pertractentur Nostris consiliis actio-

¹⁾ Dr. F. Janner, Geschichte der Bischöfe von Regensburg, III. S. 602.

nibus prebendis seu quibuscunque solaciis tamquam nostre Domus filii sese omnimodo ingerentes. Ceterum cum obitus alicuius fratris nobis fuerit nuntiatus, In pulsationibus, vigiliis, luminibus Aliisque tanquam in praesentia funeris sollemniter impletis, missa totaliter dicta sequenti, Tricenarius incipiatur complendus integraliter et ex toto. In inferioribus vero ordinibus constituti vnusquisque ad tria psalteria tenebitur, Conuersi vero ad quingenta »pater noster« dicenda omnimodo obligantur. Et vt hec firma et inconuulsa permaneant, hanc paginam conscriptam In huius rei et fraternitatis perpetuae testimonium sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari. Actum et datum Anno Dni. mill. quingentesimo III^o. In Vigilia Natiuitatis Marie Virginis gloriose in monasterio nostro suprascripto.

VIII. Der Zeit nach ist nunmehr die Gebetsverbrüderung der Kladrauer Söhne des hl. Benedict mit den Brüdern von „Hospitali Scti. Spiritus in Sassia de Urbe“ zu erwähnen.¹⁾ Dieser von Guido, einem Sohne des Grafen Wilhelm von Montpellier, gestiftete, im Jahre 1198 von Papst Innocenz III. bestätigte Orden erhielt das bei der Kirche Sta Maria in Sassia zu Rom bestandene Hospital zugewiesen, dessen Anfänge bis in das 8. Jahrhundert hinaufreichen, und führte sodann die Bezeichnung nach diesem Hospitali Sancti spiritus in Sassia (Saxia) de Urbe. Diese Hospitalbrüder wurden später in den Rang von Regular-Canonikern erhoben und lebten nach der Regel des hl. Augustin. Abgesandte dieses vornehmlich der Krankenpflege gewidmeten Ordens waren im Jahre 1516 nach Kladrau gekommen, vielleicht auf einer Rundreise begriffen, um für ihre humanitären Unternehmungen Unterstützung zu erbitten. Bei diesem Besuche nahmen dieselben die Bewohner des Kladrauer Ordenshauses in ihre Gebetsverbrüderung auf, worüber folgende allerdings nur in Abschrift erhaltene Urkunde ausgestellt wurde:

In nomine sanctae et individuae trinitatis, patris et filii et spiritus sancti Amen.²⁾

Vniuersis et singulis venerabilibus praestiteris et cuiuscunque ordinis regularibus nos Mathaeus Pansecus, utriusque iuris et Phebus Brigoetus, artium et medicinae doctores, et frater Antonius de Galliano, sacri et apostolici hospitalis sancti spiritus in Saxio de Urbe auctoritate apostolica ad diuersa mundi loca deputati notum facimus, qualiter die infrascripta dilecti nobis in Christo reuerendus vir Dominus abbas monasterii Cladronnensis, Dominus Stanislaus,³⁾ frater Thomas prior, frater Georgius supprior, frater Dionisius, Wolfgangus, Maurus, Joannes primus, Basilius, Benedictus, Joannes secundus, Placidus deuotione moti intrauerunt in sanctam praefati hospitalis confraternitatem et in libro ad hoc deputato descripti et merito consequuntur omnes gratias facultates, plenariasque peccatorum remissiones, per summos romanos pontifices confratribus concessas. Et nos auctoritate nobis commissa facimus eos participes et consortes in omnibus missis, matutinis, jejuniis, disciplinis, officiis, elemosinis et aliis quibuscunque bonis, quae fiunt et fient in toto ordine, tam in vita,

¹⁾ Copiarium der Universitätsbibliothek in Prag. II. A. 10. (Arch. Mon. Cladrub. Tom. I. fol. 316, Nr. 156.)

²⁾ Hier folgt vorerst eine Aufzählung der zahlreichen, dem Orden der Hospitalbrüder Sancti spiritus von den Päpsten verliehenen Privilegien.

³⁾ Derselbe bestieg den äbtlichen Stuhl von Kladrau im Jahre 1504 und leitete dieses Kloster bis zu seinem im Jahre 1531 erfolgten Tode.

quem post mortem. In quorum fidem praesentes fieri fecimus sigillo, quo in talibus utimur, munitas. Datum in Cladrone die tertia mensis Maji, anno Dni. mill. quingentesimo decimo sexto.

IX. Ein Zeitraum von zwei Jahrhunderten liegt zwischen der Ausstellung dieser Urkunde und der chronologisch zunächst folgenden Gebetsverbrüderung, welche urkundlich verbrieft ist. In die Zwischenzeit fällt die oben (Absatz III.) erwähnte Erneuerung der schon vorlängst mit dem Prämonstratenserstifte Tepl eingegangenen Verbindung (11. Juli 1665), und sicherlich auch der Abschluss einer solchen Verbrüderung mit dem ältesten Benedictinerkloster Böhmens zu Břevnov, obgleich eine formgerechte Urkunde hierüber nicht mehr vorhanden ist. Das Necrologium von Břevnov-Braunau, welches ungefähr um das Jahr 1670 angelegt wurde, enthält nämlich folgende Eintragung:

Cladrubiensem congregationem Ord. S. Benedicti in Bohemia sitam et sub ejusdem sacri ordinis reverendissimo abbate Břevnoviensi ibidem visitatore perpetuo militantem quod attinet: aequo de mutuo et deliberato consensu utrinque quasi ex foedere firmo et perpetuo, quod inter reverendissimum abbatem Břevnoviensem visitatorem perpetuum et inter reverendissimum abbatem Cladrubiensem nec non inter utrorumque Revd^{ssm} DD. abbatum conventus venerabiles, ratione communionis omnium bonorum spiritualium et suffragiorum pro personis defunctis utriusque domus expresse professis tam praesentibus quam futuris ictum est; tenentur eo modo: Ut quotiescunque professus religiosus harum domuum mortem oppetierit, pro ejus anima altera pars persolvat Officium Defunctorum, scilicet 3 nocturnos, laudes et vespas cum uno pulsu campanarum, missam solemnem cum omnibus caeremoniis domesticis exhibere solitis et terno campanarum pulsu. Singuli etiam sacerdotes pro eo dicant missas 3, clerici missas 3 audiant et 3 Rosaria cum 3 officiis defunctorum recitent, conversi missas tres audiant, 3 Rosaria cum 50 Pater noster et totidem Ave Maria recitent.¹⁾

X. Wenngleich grosse Wahrscheinlichkeit dafür spricht, dass um jene Zeit noch andere geistige Bündnisse von Seite des Kladrauer Ordenshauses eingegangen worden seien, so hat sich doch keine Nachricht darüber erhalten. Die nächste Urkunde datiert von 7. Juli 1726 und bekundet die Aufnahme zweier Laien in die geistige Gemeinschaft der Kladrauer Benedictiner. Abt Maurus Finzgut (1701—1729) hatte den Umbau der Stiftskirche unternommen und dieses grossartige Werk nahezu vollendet, als er den kurbayrischen Hofmaler Cosmas Damian Assam,²⁾ dessen kunstreichem Pinsel die innere Ausschmückung des Gotteshauses übertragen worden war, und seine Lebensgefährtin Maria Anna durch das Band der Gebetsverbrüderung mit dem Kloster verknüpfte. Es war dies sicherlich ein Zeichen der hohen Wert

¹⁾ Nach einer gütigen Mittheilung des hochw. Herrn P. Laurenz Wintera O. S. B. in Braunau, dem Verfasser ebenso wie den hochw. Herren P. Pius Schmieder O. S. B. in Lambach und P. Mathias Waag Ord. Praem. in Tepl, für die freundliche Unterstützung zu grossem Danke verpflichtet ist.

²⁾ Derselbe schmückte (1728) auch die Decke in der Kirche am weissen Berge und den äblichen Speisesaal zu Břevnov.

schätzung, welche dem bewunderten Künstler vom Abte und seinen Brüdern gezollt wurde, wie dies auch in dieser einzigen in deutscher Sprache ausgefertigten Verbrüderungsurkunde ausdrücklich hervorgehoben wird, welche lautet:

Wir Maurus, von Gottes Gnaden des Königl. Stiftes Kladrau in Böhmeim des heyl. Benedictiner-Ordens Abbt, P. Aemilianus p. t. Prior, P. Andreas p. t. Supprior, P. Daniel senior, thuen aus antrieb unss wohl bewusten ursachen, freywillig den Wohl Edlgestrengen und Kunstreichen Herrn Cosmas Damian Asam [plenissimo titulo] Ihro Churfürst. durchlaucht auss Bayern weitberühmbten Hof-Mahler sambt dessen Frau Gemahlin Maria Anna in unssere geistl. Confraternität an und aufnehmen, wie auch aller unsser heiligen Mess-Opfer, Fasten, betten, Leib-Casteuungen sambt anderen guten Werken und aller verdiensten, sowohl im leben als auch nach dem Todt durch die Gnade Gottes Theilhaftig machen. Beynebens wofern künfftighin obgedachter Persohnen zeitlicher Hintritt, (welchen wir unterdessen eine langwürige und vollkommene gesundheit von grund des Hertzens wünschen) uns einstens zu wissen gemacht wurde, sollen vor Sie die gewöhnliche Exequien gleich wie vor einen andern geistlichen Mitbruder ohne allen Verzug verrichtet werden.

Zu dessen sicheren glauben haben Wir Unss eygenhändig unterschrieben und dessen gewöhnliches Abbtialisches wie auch Convent-Sigill beydrucken lassen. So geschehen in unsseren Königl. Stiefft Kladrau den 7. Juli 1726.

Fr. Maurus Abbt
Fr. Aemilianus Prior
Fr. Andreas Supprior
Fr. Daniel Senior¹⁾.

XI. Die gleiche Auszeichnung wurde auch dem langjährigen Stiftsarzte Dr. Johann Curtius (wahrscheinlich Kurz) zu Theil, welcher von dem vorletzten Kladrauer Prälaten Joseph Sieber (1729—1756) ebenfalls in die Gebetsverbrüderung aufgenommen ward. Die hierüber am 23. Februar 1732 ausgestellte Urkunde hatte nach der noch erhaltenen Abschrift²⁾ folgenden Wortlaut.

Nos Josephus, divina miseratione regii ac exempti monasterii Cladrubiensis ord. Scti. Patris Benedicti abbas et in regno Boemiae praelatus, P. Amandus Streer p. t. prior, P. Augustinus Lehmann p. t. supprior et P. Joannes Dietrich senior totusque conventus considerantes, qualiter nobis excellentissimus Dominus Joannes Curtius AA. LL. et Phil. et Medicinae Doctor omni sollicitudine, diligentia et promptitudine operam suam medicam monasterio nostro per annos 33 obsequiosissime impenderit, hancque obsequiosam promptitudinem et promptum obsequium remunerari cupientes, eundem ad confraternitatis nostrae consortium suscepimus et his praesentibus suscipimus, omniumque bonorum spiritualium, videlicet orationum, missarum, suffragiorum, officiorum divinorum, elemosynarum, jejuniorum,

¹⁾ Diese Urkunde hat sich nur in einer Abschrift erhalten, die in einem Gross-Foliobande S. 260 eingetragen ist, welcher unter dem Titel »Memorabilia« Urkunden-Copien enthält, und in der Pfarre zu Schloss-Kladrau verwahrt wird. Er wurde dem Verfasser in freundlichster Weise zur Verfügung gestellt, wofür der wärmste Dank ausgesprochen sei.

²⁾ Enthaltten in dem IV. Bande des Copiarums des Klosters Kladrau (Tom. IV. Arch. mon. Cladr.) S. 80, das sich im Besitze des hochwürdigsten p. t. Herrn P. M. Hornsteinet, Domprälaten in Prag befindet, welchem Verfasser für die hochherzigste und umfassendste Unterstützung seiner Arbeiten zum grössten Danke verpflichtet ist.

abstinentiarum et aliorum quarumcunque virtutum exercitiorum, quae divina clementia per nos et successores nostros in dicto nostro monasterio operari dignabitur, participem in misericordia Dei sperantes facimus. Adjicientes insuper quod cum divinae placuerit voluntati de valle hac lachrymarum supradictum nobilem et excellentissimum Dominum [cui longaeveum a Deo exoptamus vitam] vocare ejusque obitus monasterio nostro fuerit intimatus, missa solennis de requiem et a quovis sacerdote alia missa in subsidium animae ejusdem persolvetur. In quorum omnium testimonium atque robur haec paginam manus nostrae subscriptione et sigilli, tum abbatialis, tum conventualis appensione munivimus in monasterio Cladrubiensi die 23. Februarii anno incarnationis Dominicae 1732. Josephus abbt.

P. Amandus Streer

p. t. Prior

P. Augustinus Lehmann

p. t. Supprior

P. Johannes Dietrich

Senior noe. totius conventus.

Sowohl der berühmte Künstler als auch der gelehrte Jünger Aeskulaps bewiesen ihre Dankbarkeit für die Aufnahme in die geistige Gemeinschaft der Söhne des hl. Benedict, indem Assam einen goldenen Kelch als Weiheschenk darbrachte und Dr. Curtius zur Ausschmückung der eben damals erweiterten Räume der Bibliothek die namhafte Summe von 500 fl. spendete.

XII. Die jüngste der Gebetsverbrüderungen des Klosters Kladrav, von welcher sich urkundliche Nachrichten erhalten haben, ist jene, welche derselbe Abt Joseph mit dem im Jahre 1073 von dem Pfalzgrafen Kuno und seiner frommen Gemahlin Elisabeth gestifteten (1803 aufgehobenen) Benedictinerkloster zu Rott am Inn (Bayern) eingegangen. Diesem althehrwürdigen Ordenshause stand damals Abt Corbinian Grätz vor, welcher seinerzeit vom Kladraver Abt Maurus als Professor für sein Hausstudium postuliert worden war und daselbst in den Jahren 1718 und 1719 Philosophie vorgetragen hatte, woraus sich die innigere Verbindung dieser beiden zur Genüge erklärt.¹⁾ Die vom Abte und Convente in Rott ausgestellte Urkunde lautet:

Reverendissimo, perillustri et amplissimo Dno. Dno. Josepho, Dei gratia abbati, plurimum reverendo ac venerabili in Christo Patri ac Domino Procopio priori caeterisque admodum rr. ac rr. patribus et fratribus celeberrimi et exempti monasterii cladrubensis ordinis S. P. Benedicti in Boëmia. Cum oporteat svadente apostolo dilatari spatia charitatis, ubi augumentur vasa carnis, ultra extremos Bavariae fines excurrimus, religiosae confraternitatis Vestrae consortium anhelantes, quam proinde inito ex utraque parte ex reciproco foedere sic sancimus:

Primo, ut inter utriusque monasterii venerabilem conventum mutua participatio et communicatio omnium bonorum operum, quae benignissimus Deus pro sua bonitate et misericordia per nos pariter operabitur et operatus fuerit, firma et stabilis perseveret et permaneat, prout hisce reverendissimam amplitudinem Vestram, venerabilem P. Priorem, caeterosque admodum R. R. ac R. R. patres et fratres, Vestrosque successores omnium et singulorum sacrificiorum,

¹⁾ Von den über diese Verbrüderung im Jahre 1739 ausgefertigten Urkunden sind Abschriften in dem schon erwähnten Codex IV. Arch. Mon. Cladrub. S. 171 u. 181 enthalten.

orationum, jejuniorum, elemosynarum et reliquorum bonorum operum ac piarum tum animae tum corporis exercitationum, quae per Dei gratiam in monasterio nostro sive a nostris fiunt, sive a successoribus nostris aliquando fient, participes facimus, eorumque plenam communicationem ex toto cordis affectu Vobis in Domino impertimur.

2^{do} Ut significato unius vel plurium in Christo defunctorum Vestrorum obitu legantur pro illo vel illis opportune tres missae a sacerdotibus nostris, non tamen a singulis. Clerici vero non sacerdotes dicant officium defunctorum unius nocturni cum laudibus et vesperis, denique conversi laici B. V. Mariae rosarium persolvant.

3^{tio} Ut haec inter nos inita pacta sine ulla penitus obligatione ad peccatum, sed ex nuda et libera charitate exerceantur.

4^{tio} Ut si alterutra pars aliquando (quod absit) ab iisdem pacis resilire velit, omnino libere possit ac valeat. Quod si a quacumque parte aliquando factum fuerit, aequitas postulat, ut hanc mutationem sibi invicem in scripto significant, ut ne aliquando exemplaria obligationum seu literarum initi foederis et inter nos contractae confraternitatis incommoda sint posteris.

In cujus rei fidem et nec animus hic noster labente tempore et ipse e memoria et mente nostra labatur, rev^{dmsse} Amplitudini Vestrae, plurimum rev^{do} P. Priori ceterisque admodum rr. et vv. patribus ac fratribus has praesentes abbatiae et conventus sigillo munitas literas tradere volumus. Ex exempto nostro monasterio SS. Marini et Aniani ord. S. Benedicti dictae congregationis in Rott ad Oenum die vigesimo octavo octob. in festo SS. apostolorum Simonis et Judae anno ab incarnatione Dni. millesimo septingentesimo trigesimo nono.

L. S. Corbinianus abbas.

L. S. Bernardus prior et totus conventus.

Sowohl nach Inhalt, als auch in der Form gleichförmig ist die vom Kloster Kladrau ausgestellte Gegenurkunde:

Reverendissimo, perillustri ac amplissimo D^{no} D^{no} Corbiniano, Dei gratia abbati, plurimum reverendo ac venerabili in Christo, patriae patriae Domino Bernardo priori caeterisque admodum rr. ac religiosis patribus ac fratribus celeberrimi et exempti monasterii S. Marini spi. et martyris ac Aniani diaconi in Rott ad Oenum ordinis S. P. nostri Benedicti, exemptae congregationis Bavariae sub titulo S. S. Angelorum custodum erectae.

Nos Josephus, Dei gratia abbas, Procopinus prior, totusque conventus regii et exempti monasterii B^{mae} Virginis Mariae in Cladrub in Boëmia ord. S. P. nostri Benedicti fraternam charitatem et salutem in D^{no}. sempiternam.

Qui divino operante spiritu in sacro regenerationis lavacro cor unum et anima una effecti ac desuper a solenni in sacram regulam SS^{mi} patriarchae nostri Benedicti dato juramento fraternae charitatis vinculo sumus adunati, ne deesse aliquid ad perfectam charitatem posset, etiam specialem vobiscum in sacris confoederationem exambivimus, quae ex utraque unita reciproco charitatis mutuae affectu sancimus,

Imo ut vi hujus confoederationis specialis participatio omnium bonorum operum, quae Deus ter optimus in nobis servis suis per gratiam suam operatus est, inter utriusque monasterii venerabilem conventum perpetim vigeat, et perseveret. Quare reverendissimam et amplissimam dominationem Vestram venerabilem priorem totumque venerabilem conventum Vestrum Rottensem omnium bonorum operum, tum in genere tum in specie, quae vel a nobis vel a successoribus nostris in monasterio nostro Cladrubiensi operante Domino virtutum fiunt vel fient, plenaria communione, quantum possumus, hisce participes esse volumus. Ne vero religiosorum pie decedentium manes sacri hujus pacti censeantur, extorres, sancimus,

Ido ut pro defuncto vel defunctis celeberrimi monasterii Vestri Rottensis postquam nobis obitus illius vel illorum legitime per vos innoterit, tres tantum missae pro singulis eorum in nostro monasterio Cladrubiensi legantur a clericis

vero non sacerdotibus officium defunctorum unius tantum nocturni cum laudibus et vespers dicatur, a conversis laicis vero, si quandoque eos in nostro monasterio suscipi contigerit, corona B^{nae} Virginis Mariae persolvatur. Attamen pro

III^{to} sicut hoc pium sacrae unionis seu confederationis vinculum soli charitati innititur, ita omnino omnem peccati obligationem seclusam esse cupimus et exclusam declaramus, atque pro IV^{to} utrique paciscentium pacti salvam et illimitatam resiliendi facultatem, (quod tamen nunquam eventurum confidimus) ex integro relinquimus cum hac tamen expressa declaratione, ut pars resilire cupiens hanc suam intentionem illico parti alteri scripto aperiat et consignet. Quod mutuae unionis et charitatis vinculum ut invulsis radicibus perpetuetur et ex parte conventus nostri Cladrubiensis inviolabiliter observetur, praesentibus literis sigillorum nostrorum, tum abbatialis, tum conventualis appensione roboratis declaramus.

Datum in regio et exempto nostro monasterio B. V. Mariae in Cladrub Ord. S. S. patris nostri Benedicti in Boëmia anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo trigesimo nono.

Josephus

abbas Cladrub.

P. Procopius Brodtmann

p. t. prior et totus conventus.

Ein Rückblick auf diese stattliche — aber wahrscheinlich nur lückenhafte — Reihe von verbrieften Gebetsverbrüderungen der Kladrauer Benedictiner mit anderen Ordensbrüdern und Laien lassen deutlich erkennen, mit welchem Eifer hier Benedicts Söhne beflissen waren, den Kreis der Theilnehmer an ihren geistigen Schätzen zu erweitern und auch selbst der Gebete und guten Werke zahlreicher frommer Seelen theilhaftig zu werden. Ueberwiegend waren es deutsche Ordenshäuser, mit denen diese religiösen Bündnisse abgeschlossen wurden, und am regsten war wohl die Verbindung mit dem benachbarten Prämonstratenserstifte Tepl. Die Lage von Kladrau in der Nähe der Reichsgrenze erklärt diesen Zug nach Westen zum Genüge, zumal anzunehmen ist, dass durch Zuzüge aus Deutschland, welche mit der Entsendung von Ordensbrüdern aus Zwiefalten begonnen hatten, das deutsche Element im Convente zu Kladrau so gestärkt worden, dass sein Einfluss auch dann überwiegend blieb, nachdem die Einwanderung deutscher Mönche längst aufgehört hatte. Nichtsdestoweniger ist es unzweifelhaft, dass auch mit den böhmischen Ordenshäusern ein reger Verkehr unterhalten wurde, wenngleich urkundlich keinerlei Nachrichten hievon überliefert worden sind.

Zur wissenschaftlichen Thätigkeit der aufgehobenen Cistercienserabtei Wellehrad in Mähren (Oesterr.).

Eine Jubiläumsgabe¹⁾ von P. Tescelin Halusa, O. Cist.

Dem Regularclerus Mährens stellt Christian d'Elvert in seiner „Historischen Literaturgeschichte Mährens“ das ehrende Zeugnis aus, dass er in der Pflege vaterländischer Geschichte und

¹⁾ Achthundertjährige Gründung von Citeaux (1098) und vermuthlich auch Grundsteinlegung zu Wellehrad (1198).